

DISPUTATIO POLITICA

De

JURE VITÆ ET NECIS,

15
15

^{Quam}
DEO DUCE & AUSPICE DEO,
RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO,
S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CAESARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLE-
SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-

NONICO CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c. &c.

DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,
AMPLISSIMÆ FACULT. PHILOS. INDULTU
IN PERANTIQUA ACAD. HIERAN.

SUB PRÆSIDIO

DOMINI

M. VOLCMARI GVILIELMI Stenger's/

Facult. Philosoph. Affes. Ord. ac Polit. P. P.

PATRONI ac PRÆCEPTORIS atatem Devenerandi,

d. 21. Sept. hor. 9.

In Philosophorum Acroaterio

Erditorum Disquisitioni submitter

CHRISTOPH. HEINR. Krazenstein / Erf.

Phil. & S. S. Th. Stud. Autor & R.

Erfordiz, Typis JON. HEINRICI GROSCHII, Academiæ Typographi.



DISPUTATIO POLITICA

JURE VITAE
ET NECIS

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG

AVCTORE WILHELMO VILHELMO
PUBERTO DE HAMBURG



VIRIS

*Magnificis, Generoso, Prænobilibus,
Consultissimis, Experientissimo, Am-
plissimis atq; Prudentissimis,*

D O M I N O

JOHANNI HEINRICO
MEIERO, J. U. D.

Eminentissimi Principis Elector. Moguntini Re-
gim. Consiliar. Prof. Decret. Publ. Faculta-
tis Juridicæ Seniori, Ejusdemquæ ut &
Erfurt. Tribunal. Assessori &c. &c.

D O M I N O

GEORGIO CHRISTO-
PHORO PETRI

ab Hartenfels / Med. D.

Sacri Palatii Cesar. Comiti, Electoris Moguntini
Consiliario & Archiatro, Consuli ac Phycico
Erfurtensi, Universitatis & Facultatis Me-
dicæ Seniori, P. P. P. L. C. &c. &c.

Nec non

DOMINO
ERNESTO TENZELIO,
J. U. D.

Judicij Electoralis Moguntini & Facultatis Juridic.
Assellori, Civit. Erfurtens. Syndico
Primario, & Gymnas. Senat. Evangel.
Ephoro, &c. &c.


MÆCENATIBUS, PATRONIS & PROMOTORIBUS
*filiati obsequio & observantia ad cineres usque
Devenerandis, Colendis, Suspiciendis,*

Has, quales quales, Studiorum Primitias in
devotissimæ Gratitude tesseram;

*Cum voto omnigena prosperitatis calidissimo,
câ, quâ par est, animi submissione*

offert

Autor & Respondens.



PRÆFAMEN.



Hortean non inepta animum tuum subire possit admiratio, Candide ac Benevole Lector, dum vides, S. S. Theologie Studio addictum ventilationem Juris V. & N. Thema & raritate & utilitate sua tam in Theoria quam Praxi s'varisimum suscepisse, selegisse. Verum veniam simul hujus conamnis ab insigni tua benevolentia me impetraturum, confido, si meas, qualescunque primitias Academicas, honestamque intentionem, justo estimaveris. Hinc mirari desine, rimare potius. Ex vasto enim doctrinarum Oceano & hac, que de Jure V. & N. inscribitur, meo quidem, salvo aliorum, judicio, pertractatione habetur dignissima. Fateor equidem, me Gordis illis nodis, quibus in conscribendo hinc inde eram implicitus, accuratè dissolvendis, ob materiae sublimitatem & amplitudinem sepius non suffecisse; memor tamen axiomatis: In arduis & voluisse sat est, nec non Symboli, quo Serenissimus quidam Germaniæ Heros non semel usus fuit: Nunquam quid tentasse nocet, pau-
cula

cula quædam selegi, & in simplicissimas quasdam theses pro
tenui meo captu redacta Literato Orbi proposui, proba-
tum sc. daturus, quid humeri valeant, quid ferre recusent.
Eapropter, si quid non ita convenienter apposuerim, sic
ubi forte cespitaverim, humanique quid passus fuerim,
non rigidam nimis, pro singulari, quâ polles, humanitate,
mibi spero atq; promitto censuram: nec enim sub Sole quic-
quam perfectum est, & absolutissimo privilegio communi-
tum. Ne vero ultra metas vagari, omnemque metho-
dum & bonum ordinem, ipsam quasi rerum animam,
videar neglexisse, ipsam Disputationem tribus capitibus com-
prehendam, quorum I. Disp. generalia proponet, II.
Causarum evolutionem sistet III. Questiones certas resolvet.
Faxit Æternum Numen, ut omnia ex antiquâ votorum
formulâ cedant

FELICITER!

CAP. I.

Generalia Disputationis proponens.

§. I.

MOs inter eruditos est receptissimus, proposita-
rum rerum pertractationem à vocum contem-
platione auspicari, eò quod præmissa cognitio no-
minis in faciliorem & meliorem ipsius rei de-
ducat noticiam, rerum intelligentia à verborum intellectu
dependeat, imò verbis benè intellectis melior tota pro-
cedat Disputatio, docente *Guilielmo Grotio in Ench. Jur.*
Nat. c. 1. §. 1. Gell l. 13. c. 10. Scal. Exerc. 1. Sect. 1. Ut
igitur

igitur in mea quoque Exercitatione Academica facilius
& felicius progrediar, methodoque haftenus conservata
sua persistet autoritas, primus circa voces, quibus Rubrica
constat, labor suscipiendus erit.

§. II.

Quantum ad *Etymologiam*, pro diverso respectu
diversa Etyma voci juris tribui possunt. Quidam jus à
justitiâ deducunt, attendentes magis denominationem
Logicam, quæ à formâ potissimum fit, quam Grammaticam,
quâ non habitâ ratione formæ, vocabulum longius
à breviori ut plurimum descendit. Alij jus à jubendo
dicunt; Quæ Etymologia, observante *Mart. Schoockio in suâ
diatr. de J. N. Disp. 1. p. 2.* haud improbanda fuerit, si justitia
consideretur ad modum habitus ordinantis jus secundum
Regulas justitiae aut congenitas, aut pariter quoque positivae.
Ubi candidè fatemur, nos salvâ hujus viri autoritate
videre non potuisse, quidni etiam hæc derivatio obtineat,
jure generaliter considerato, sed tantum ratione solarum
creaturarum, quatenus sc. jus, quod eas concernit, vel
est jussus DEI sive innatus, sive promulgatus; vel Magistratum,
velut Ministrorum. Alias utique notum est, jus DEO ita
subjectivè convenire, ut pariter conveniat essentialiter,
quatenus coincidit cum ejusdem justitiâ. Atque si hac
ratione juris Etymologia sit attendenda, haud frustra fuerint,
qui contenderunt, jus dictum esse, quasi *jovis os*, pro quò
contractè olim *jovis* dixerint. Si finis & usus juris
attendatur secundum societatem humanam, à *jurando* jus non
inconvenienter derivaveris, siquidem juris subsidio pax &
tranquillitas humanæ societatis & procurantur & promoventur. *Vid. Schoock. l. c.*

§. III.

Ratione *Homonymiæ* variis modis accipitur: I. pro
60,

eo, quod quocunq; modo æquum & bonum est, II. iustum dicitur, quicquid legi cuiunque est consentaneum, III. pro legitima facultate seu potestate faciendi, aut acquirendi, aut possidendi, aut alienandi aliquid, quomodo Jcti distingvere solent inter jus ad rem & jus in re. Sic parens ille omnium credentium Abrahamus petiit sibi dari jus sepulchri in terra Canaan i. e. facultatem sepeliendi, *Gen. XXIII, 4. Vid. Magnific. D. Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex. III n. 89 p. 77. Hopp. Exam. Inst. Imper. II. l. 31.* IV. sumitur jus pro tribunali, judicio, foro, in quo justitia administratur, & jus suum unicuique redditur: in hac significatione dicit senex Demipho ad Parasitum apud *Ter. Phorm. Act 5. Sc. 8. in jus ambula.* IV. pro Juris studio & facultate, quæ dicitur Jurisprudentia, à qua tamen differt ut objectum à suâ in qua tractatur, disciplina. VI. Sumitur jus pro lege, unde jus naturale dicitur quoq; lex naturalis, *vid. §. 4.* VII. ut alias acceptio- nes jam omitamus, sumitur pro potestate publica aliquid agendi vel constituendi. Quomodo *Pomponius leg. 2. ff. de Orig. Jur.* dicit: penes Consules summum jus fuisse. Quæ significatio imprimis hujus loci. *Vid. Gvil. Grotius Ench. Jur. N. Cap. 1. n. 3. seq. Martini Schoockii. c. p. 4. sq.*

§. IV.

Synonymiam subministrant nobis imprimis duo vocabula, fas sc. & lex. Quod ad fas, illud frequentissimè Juri conjungi solet, velur apud *Virg. l. 1. Georg.* Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & Jura sinunt &c.
Apud *Petron.*
Fas & jura sinunt veteres extendere amores.
Apud *Macrob. lib. I. Saturn. cap. 1. fas & jura permittunt.*
Quod

Quod ad legem, quid communius est, quàm jus naturæ & legem naturæ promiscuè usurpari atq; æquivalere? quamvis non ignoremus, à quibusdam hæc eadem distingvi; vel, ut jus censeatur objectum justitiæ, lex vero ratio ejus scripta vel, ut jus sit illud, quod est rectum (hinc descendit Germ. vocabulum *Recht*) lex v. doctrina, quæ jus proponit; vel alij modi, quos vide sis *apud cit. Schoock*. Jam reliqua quoque nomina consideranda forent; sed cum hæc sint facillima, hunc etiam laborem dudum præoccupaverint Lexicographi, eo jam superfedemus. Vid. interim *Martini Lex Philol. & Beemann, de Orig. Lingv.* Proinde ad rem ipsam!

§. V.

Definitio Juris Vitæ & Necis esto talis: Jus Vitæ & Necis est Facultas à Deo Summo Magistratu Civili concessa, perquam aptus est civis vitæ privandi & donandi, publicæ salutis causâ.

§. VI

In hac definitione, uti patet, conceptus 1) contrahibilis seu genus est facultas, quæ hic non denotat potentiam activam, seu vim sic aliterve agendi, sed licentiam & jus quoddam agendi. 2) Contrahens seu differentia desumitur a) à causa efficiente, DEO scilicet. S. C. b) à subjecto recipiente, quod est Magistratus c) ab objecto seu materia circa quam, nempe civilibus. d) à formâ, quæ includitur verbis: aptus est vitæ privandi & donandi. e) sine, qui est publica salus. Ut omnia planius fiant, causas secundum ordinem examinabimus. Sit ergo

CAP. II

Causas Explicans.

B

§. I.

§. I.

Causa efficiens, à quâ jus vitæ & necis dependet,
est vel *prima* vel *secunda*. *Prima* eadem est, quæ ipsius
Majestatis, hoc etiam jus includentis, sc. DEUS T. O. M.
Rex Regum, ac Dominus Dominantium, qui omnium
rerum causa & finis, fons omnis justitiae, recti & æqui. Hic
non tantum ipse summum jus vitæ & necis in omnes ho-
mines habet, unumquemque fame, peste & alio morra-
litas genere ex hac miseriarum valle evocat, quando
ipsi libuerit, sine ullo ætatis, divitiarum, pietatis & po-
testatis discrimine, vel celeri vel lentâ morte, vel sine vel
cum intolerabilibus doloribus, uti loquitur *H. Heuniges*
Obs. in Grot. de Jure B. & P. Proleg. p. 45 sq. sed hoc
etiam Jus Vicariis suis in hisce terris, Summis Magistratibus,
concessit, ut & bello se contra invasores defendere, &
facinorosos in pœnam vitâ privare possent. Hinc, *per me*
Reges regnant, dicit increata, æterna & hypostatica sa-
pientia, & *Principes decernunt justitiam. Per me Prin-*
cipes habent principatum, & evergetæ sunt omnes Judices
terre. Prov. VIII, 15. Quem locum nervosè satis &
perspicuè in Conc. Senat. hujus anni exposuit Magnif. &
Max. Rev. Dn D. Sauerbrey / &c. &c. Patronus meus
omni observantiâ ad extremum usquè vitæ halitum Co-
lendissimus.

§. II.

Plenius hoc Vitæ & Necis Jus exprimitur *Gen. IX 6.*
Qui effuderit sanguinem hominum, ejus sanguis fundetur
per hominem. Non autem hic per hominem intelligi po-
test quisvis homo privatus; aliâs enim omnia cædibus &
homicidiis replerentur, sed necessario Magistratus, cui
DEUS tradidit jus gladii, inde Apostolus *Rom. XIII, 4.*
de

de Magistratu dicit: *non sine causa gladium gerit; DEI enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.* Salvator ipse *Matt. XXVI, 25.* omnes, inquit, qui acceperunt gladium, gladio peribunt. Jobet Christus Petrum, ut gladium convertat in vaginam, additâ ratione, quia qui gladium accipit privatâ temeritate, is peribit gladio Magistratui divinitus dato. *vid. Gerb. de Magistratu Pol. n. 296. p. 371. n. 298. p. 373.*

§. III.

Secunda est vel remota vel proxima. Illa est a) *jus natu-
re,* vel rectum rationis dictamen. Cum enim natura civitatis salutem intendat, & hanc sæpius sine adito à civibus discrimine, sine suppliciis capitalibus, imo sine faciendâ vitæ gratia obtineri non posse, videat, non tantum subditos, si aliter fieri non possit, periculo etiam mortis exponendos; sed quoquæ delinquentes, pro delictorum qualitate & quantitate, poenâ mortis afficiendos, quandoquæ etiam vitâ donandos, ubiquæ tamen cautè procedendum esse, dicitur. b) *Jus Civile,* quod quæ quibus delictis mortis supplicia sint decernenda, demonstrat, quod ipsum infra ulterius sumus persecuturi.

§. IV.

Causa proxima est eadem, quæ est Majestatis, scilicet *consensus civitatis,* quo posito actu resultat Majestas, ad eoque etiam hæc Majestatis particula, jus nempe vitæ & necis, sive quis electione, successione, occupatione, aut modo, si quis detur, alio, Majestatem sibi acquisiverit. Quamvis enim, quod poenam in primis capitis concernit, illa utiquæ invito infligatur, indequæ cives in has sibi aliquando infligendas in Majestatis constitutione non videantur consentire; quia tamen casus, quo superioris potestas

restas in vitam subditorum sese exertura est, in ipsorum est
potestate, quem in infinitum prohibere penes ipsos est,
ideo iste casus tanquam nunquam eventurus ab illis con-
sideratur. *Via. Hobbes apud Pufend. de I. N. & G. L. I. IX. c. 3. p.*
1107. Adeoq; hic civium consensus, si explicantius proponi
deberet, meo quidem iudicio, quasi talis est: quod si ca-
pitalia facinora designaturi simus (nunquam autem cum
DEO talia designabimus) talibus etiam pœnis nos promtè
subjiciemus.

§. V.

Hic equidem adhuc anceps quis hæere posset, quo-
modo hoc jus etiam ab hominibus quodammodo depen-
deat, cum Politici ad unum ferè omnes Majestatem, quæ
etiam, Jus Vitæ & Necis includit) immediatè à DEO
esse statuunt ad quod breviter: utique Majestas immédia-
tè à DEO est, & tamen etiam homines quadan-
tenus ejus sunt causa, sc. distingvendum est inter Maje-
statem, & Majestatis collationem, inter Majestatis esse cau-
sam, & Majestatem alicui conferre. Est nempe Majestas,
quam quis habet, à DEO, licet eam non semper habeat à
DEO, quodcumque demum subjectum, seu Augustus seu
Nero, seu Vespasiani, seu Domitianus crudelissimus eam
possideat, vel quocumque etiam modo exerceat; illius
tamen determinatio, hoc est, ut illa penes unum, vel
penes uno plures, paucos vel omnes sit, est res instituti
& arbitrii humani, sæpè etiam violentiæ ac fraudis. Ut
enim in Ministerium Ecclesiasticum, quod DEUS instituit,
quis se ingerere; ita & Majestatem, quæ DEUM aucto-
rem habet, alius cum Abimelecho vel Selimo cruore fra-
trum, alius cum Galba vel Nerone largitionibus & pro-
missis donativis, alius cum Semiramide fraude, alius aliis
id genus ad tantum honoris culmen illicitis perveniendi
modis

modis sibi potest asserere. *Vid. Conring. Diss. de Majest. civ. lib. 14. Alberti apud Müllerum P. Jen. Inst. pol. p. l. c. 7. p. 182.*

§. VI.

*Subiectum recipiens (sive causa materialis in qua) & hoc jus exercens est summus Magistratus. Intelligimus autem hic subiectum hujus Juris seu Regalis propriissimum; secus enim hoc laxius ita delineare potuissimus; Est homo hujus juris capax, isquè non tantum Imperator, Rex & Princeps, ac Respublica quavis superiorem non recognoscens; sed & Electores ac Status in Imp. Rom. Imo qui & Status non sunt, scilicet Nobiles immediati; quin & mediati; sæpè ex concessione unum vel plura (etiam nostrum Jus Vitæ & Necis) habent regalia. Nec à jure profus alienum est; homines haud raro privatos, & qui in nulla dignitate sunt constituti, legitimis modis acquirere regalia posse. *Vid. Carpz. ap. Arum. Tr. de J. P. c. 15.**

Exercet autem S. Magistratus hoc jus variis modis, 1) obligando civem adeundi discrimen, v.g. in bello, sub quo probabiliter vitæ jacturam faciet: competit enim Magistratui imminens malum, quantum in se est, a civitate avèrtere; illius jura servare, vitam civium ab injuriis defendere; atquè contra insultus tum inimicorum, tum hostium tueri, cum & hoc ad finem Reipublicæ maximè spectet, & sine ancipiti civium periculo sapius obtineri non possit. Nequè iniquum est, si rarò, & non nisi magna civitatis necessitate, tali modo exponatur civium vita, quam ipsa velut Indies & perpetuò tribuit. Absit tamen hac intentione ad bellum mittat, ut directè vitam civium perdat. Nam hac ratione quandoquè peccari,

documento est Rex David, 2. *Sam.* XI, 15. qui ideo etiam homicida audit *d. l. XII, 9.* Nec ea infrequens ars, in-
visos sibi hostium ferro consumendos objicere. *Vid Curt.*
Pol. Diod. Sic. Justin. ap. cit. Pufendorff. cit. lib. 8. cap. p. 1095.

§. VIII.

Idem jus exercet 2) *civibus extremum supplicium*
merentibus vitam (naturalem & civilem) *adimendo.*
Et naturalem & civile ne poenae justè graviores delin-
quentibus irrogentur, earum taxationem & delicti
æstimationem præmittit; num scilicet poena delicto æ-
qualis sit, nec ne. Inprimis, quod delictum concernit,
num multum parumve damni ex eo in rempublicam re-
dundet, ponderat. Etiam ex subjecto, quod violatum
est, nobili & pretioso, vel minus; ex affectu, quo quis
impulsus fuit; ex intentionis vehementia; ex firmitate
animi delinquentis, & ex ipso quoque habitu, magnitu-
dinem delicti æstimat. *Quæ omnia Pufend. lib. VIII. de*
J. N. & G. c. 3. magis explicat. Neque tamen semper
capitis poenam ab eo, qui deliquit, deposcit, exercet
enim hoc jus

§. IX.

3) *Etiam civium vite parcendo,* hoc est, civibus, qui
ultima supplicia ordinariè promeriti fuerant, faciendi
gratiam; cum non exigua sæpe suppetant causæ, quibus
ad poenam lege determinatam aut omnino relaxandam,
aut saltem mitigandam, permoveri possit, veluti si poena
delinquenti irroganda hoc ipso, quod antea legibus decreta,
non quidem injusta sit, ad factum tamen comparata nimis
dura videatur; si ipsius delinquentis, aut etiam majorum,
ejus, in Rempublicam illustria extiterint merita; si in-
signis artifex vel excellentis roboris vir sit, qui magno
Reipublicæ usui esse possit; vel si, qui peccarunt, sine
præ-

praesentissimo Reipublicæ damno puniri nequeant, quæque sunt id genus poenam relaxandi aut mitigandi causæ alia. *Vid. Inst. Pol. Müll. P. P. Jen. P. I c. VII. p. 236.*
§. 237. *Ejusdemque Dissert. de Moralitate Decimationis Cap. 2.* Faciunt huc, quæ *Mart. Lang. in Disp. Inaug. de Obligatione Delinqv. ad sustin. pœnas p. 33.* ratione homicidii habet, ita scribens: Quamdiu quieta Reipublicæ conservatio potest obtineri, tamdiu ea necessario à Principe exequenda; contra, quoties dictam Reipublicæ conservationem mortis poenâ homicidæ illatâ vel planè periclitari (puta si homicida vir potentia & dignitatis maximæ;) vel gravi damno affici, certo modo videat Imperans, (si e. g. peritissimus belli Dux homicidij reus) toties eam pro re nata differre, vel in aliam non capitalem commutare, vel plane remittere potest & tenetur.

§. X.

Objectum seu causa materialis circa quam sunt cives; circa hos enim Jus V. & N. se exerit, sive, ut in præcedentibus expositum, ancipiti periculo exponantur, seu atrociter delinquentes poenâ capitali afficiantur, seu patratorem veniam nanciscantur. Cum autem post lapsum eheu! familiaria valde sint, hominum, etiam atrociam delicta, atque enormes eorundem increbrescant excessus, ut neque igne, neque rotis, neque furcis & patibulis fatis cohiberi possint, Magistratus sæpius circa cives delinquentes est occupatus, qui, quam diversorum generum sint, brevibus jam delineabimus.

§. XI.

Dantur i. *Rei criminis læsæ Majestatis.* Hi vel aliquid hostili animo adversus eos, qui Majestate gaudent, moliantur, vel, quæ Majestatis sunt, usurpant, ut si quis mo-

netam

netam mutaret vel corrumpere. *Cell. Pol. Succ. p. 190.*
 Existunt 2) *Adulteri*, qui per concubitum cum alterius
 uxore torum conjugalem violant. Deprehenduntur 3)
Incestuosi, qui cum illis personis consuetudinem habent,
 cum quibus ob consanguinitatem vel affinitatem legibus
 est prohibitum. Sunt etiam 4) *Sodomitæ*, qui contra
 naturam cum hominibus ejusdem vel diversi sexus, vel
 cum brutis concumbunt. Inveniuntur 5) *Homicidæ*, qui
 doloso occidendi seu lædendi animo homines innocentes
 è medio tollunt. Exurgunt 6) *Venefici*, qui malo vene-
 no hominem occidunt. Reperiuntur 7) *Incendiarij*, qui
 malitiosè ignem domibus ad earundem, & quæ in illis
 continentur, combustionem subjiciunt. Non desunt 8)
Fures (secundum illud Cantilenæ: *die ganze Welt ist
 voller Diebe*) qui contrectant rem alienam invito Do-
 mino. Offenduntur 9) *Depredatores*, qui homines in
 viis spoliant, iisque bona sua vi auferunt, vulgò *Straszen-
 räuber*. Adsunt quoque 10) *Sacrilegi*, qui rem sacram, hoc
 est, divino cultui dicatam, in loco sacro furtim auferunt
 & surripiunt. Et qui alij adhuc numerantur delinquen-
 tes ad objectum Juris V. & N. referendi.

§. XII.

Formam nonnemo in variis suppliciis quarit; ve-
 rum præter hoc, quod hæc non exhauriant naturam
 hujus Juris, etiam supplicia illi sunt extrinseca: Placet
 ergò nobis formam ponere in respectu, quem hoc jus
 importat 1) ad actum civium vitam incipiti periculo ex-
 ponendi, 2) ad actum delinquentibus per varia genera sup-
 pliciorum vitam eripiendi, 3) ad actum illis, veniam faciendi;
 per hunc enim respectum hoc Majestatis jus ab aliis juri-
 bus distinguitur. Quantum ad mortis supplicia horù mori-
 bus nostris, imprimis in Saxonis, sex distincta usa sunt rece-
 pta

pta I) *Decollatio*, quæ est præcipua & nobilioris partis, capitis, nempe amputatio. Hæc omnium pœnarum communissima est ac frequentissima, qua ex delinquentibus, in S. præced. recensitis, afficiuntur rei criminis læsæ Majestatis, adulteri, incestuosi, homicidæ & alii, II) *Suspendium*, quod scelerati furcis bicornibus vel arboribus suspenduntur & laqueo suffocantur. Est hæc pœna in Germaniâ imprimis foribus, in Gallia etiam Monomachis destituta. III) *Supplicium rotæ*, quo crura & brachia Rei delinquentis rotâ contunduntur, eoque mortuo cadaver postmodum rotæ affigitur. Hoc genus supplicii veneficis, larronibus, sacrilegis &c. imponitur. IV. *Submersio & suffocatio in aquis*, ubi peculiari & severiori quodam modo Reus una cum cane, vipera, simia vel loco istius felle & gallo gallinæo, culeo insurus in mare vel flumen propinquum projicitur & aquis suffocatur. Hoc supplicium etiamnum hodie parricidæ plectuntur. V. *Combustio*, ubi Rei exurendi catervæ ligni imponuntur & vivi concremantur, atque in cineres rediguntur. Est hæc inter capitales pœnas maxima, quâ hodie non nisi atrocissimè delinquentes, ut incendiarii, falsi monetarii, pactiorem contrahentes cum Diabolo, Sodomiam cum brutis committentes puniuntur. VI. *Dissectio rei in quatuor partes*, vulgò *die Viertheilung* / quâ delinquentes in quatuor partes dissecantur, & postea partes cadaveris singulæ singulis in viis publicis suspenduntur & desiguntur. Est supplicium omnium severissimum & in Reis criminis læsæ Majestatis exerceri solitum. Augmenta, quibus hæc supplicia quandoque accumulati & aggravari solent, sunt quatuor 1) est impositio trahæ, *die Schleiffung*. 2) Impositio cadaveris rotæ. 3) Adustitio forcipum cadentium, *das Reissen mit glühenden Zangen*. 4) Denique est supplicium

plcium solius rotæ proprium, vulgò appellatum, *das von unten Aufsträden*. Augmentis his adhuc 4. addi possunt, (1) quando simul cor viventi adhuc scelerato eripitur, & quandoq; eo os illius verberatur; (2) quando reo simul duo digiti abscinduntur; (3) quando simul lingua abscinditur; (4) quando cum ademptione vitæ simul bona confiscantur. Quæ cum pacellustr. Don. J. Ctorum adduxisse liceat. Interim vid. *Carpzov. Prax. Crim. P. III. Qv. CXXIX. n. 33. seqq.* Et *Knichen Op. Pol. Lib. II. p. 1. c. 13. P. 710. sq.*

§. XIII.

Finis J. V. & N. duplex est vel proximus vel remotus. Ille est 1) defensio civitatis, malorum illatorum vindicatio, aut inferendorum propulsatio, qui finis sæpius obtineri nequit, nisi cives periculo vitæ quandoque præsentissimo, si res aliter non ferat, exponantur. Quod si autem Majestati hoc Jus non competeret, etiam cives ad militiam & alia pericula subeunda obligati non essent. 2) Delictorum atrociorum coercitio & hominum Reipublicæ exitiosorum exterminatio. Certum enim est, nisi ejusmodi noxij homines pœnâ promeritâ afficerentur, atque è medio tollerentur, sæpe non tantum facinora sua essent iteraturi (qvo de exempla testantur,) sed etiam alij ejusdem farinae homines facile æqualia essent patraturi. Verissimum enim manet illud Poetæ: *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

3) Et quidem ratione vitæ donandæ, finis pro diversitate atque varietate circumstantiarum, varius etiam atque diversus assignari potest, de quo consule celebres J. Ctos. Hic sc. remotus est civitatis salus, quippe pax, tranquillitas, securitas in thoro & in foro, florida commercia, & bona alia multa, per hujus juris exercitium cum ratione susceptum feliciter in civitatem introduci atq; firmari possunt. Quantum etiam clementia & humanitas Principis civitatē juvent

juvent, ipse Regum, quos sol vidit, sapientissimus Salomon
Prov. XX, 28, prædicat, dicens: *Hæc thronum Regis roborant.*

CAP. III.

Quæstiones certas proponens.

QUÆST. I.

*Num parentes jus vitæ & necis habeant in
liberos?*

Responderetur N. Est enim 1) contra jus naturæ, quod
naturalem ^{rogant} omnibus parentibus implantavit,
& qui hoc jus exercent, atrocitate & immanitate bestias
anteunt: 2) Nemo in propria causa accusator, iudex
& executor esse potest; Parentes autem essent, si hoc jus
haberent: 3) Nemo sanus in seipsum sævit, stante autem
quæstionis affirmativâ, Parentes sæviendo in liberos
in seipfos sævirent, cum liberi sint pars parentum:
4) Solus DEUS est summus vitæ & necis arbiter, qui ne-
mini hoc jus concessit, nisi Magistratui, ut in gravibus
delictis hoc exerceat. Equidem sunt, qui docent, ac si
extra societatem civilem, ubi nulla est publica ratio im-
perandi & parendi, pater utique sit velut Rex & Judex,
& filium ob delicti atrocitatem damnare possit, quod
superior Judex ibi non detur, quale imperium intra fa-
milias simpliciter coarctatum fuisse ante diluvium, au-
toritate *Cedreni in Comp. Histor.* dicentis: ante diluvium
nec gens fuit, nec regnum, probare volunt: *Vid. Hei-
degger. in Hist. Patriarch. Exercit. 2. n. 2. p. 48.* Et
postea illud Hebræis, Romanis, Gallis & Germanis in
usu fuisse statuunt: Attamen illud certum est, post consti-
tuta Judicia, talem potestatem Vitæ & Necis in liberos patri
non esse concedendam, illique potius aliis mediis immo-
riferos liberos castigandi utendum. *Vid. Clasen Pol.
Comp. Succ. p. 54.* Quicquid etiam Bodinus, novitatum

propola, potestatem hanc patr'bus pernicioso exemplo
ademptam adeoque restituendam esse, clamitet.

QUEST. II.

*An Magistratus fures salvâ conscientia suspendio afficere
possit? A.*

Non enim est 1) contra Jus naturæ; quippe (a) hoc civi-
tatis salutem procurandam esse, dicitur, & cum hanc sine
exasperatione pœnarû vix impetrari posse, videat, exaggera-
tionem earum omnino concedit, juxta illud: *crefcentibus de-*
lictis, crefcunt pœnæ: leviores autem, crescentibus adeo in
Imperio Romano furtis, nequaquam sufficiebant. (b) Ne
pœna sit iniqua, inter hanc & delictum proportionem
& æqualitatem observari vult, quæ omnino hic observa-
tur, non tamen ex re, quæ furto ablata fuit, æstimanda,
sed ex scopo Reipublicæ & excessu, qui circa rem com-
mittitur ipsam, ex latione nempe legum & pacis publicæ.
Pariter factum videmus ab ipso justissimo judice DEO,
damnante Protoplastos nostros propter esum unius po-
mi, & simul per ipsos totum humanum genus, quod pa-
rentum suorum miseriam hodiernum loquitur. Vid. *Simon.*
Præf. Acad. P. I. Disf. III. C. 2 §. 1.

Nec est 2) contra jus divinum, (a) enim hoc Magistratui non
tantum leges ferendi & sancienti, sed etiam easdem exe-
quendi (non enim frustra gladium gerit, *Rom. XIII.*) fa-
cultatem tradit. (b) dantur in sacris exempla, ubi fur
majori adhuc supplicio, quam suspendij pœnâ, plexus
fuit, quemadmodum exemplo Achan patet, qui abstulerat
aliquid clam de rebus sacris, & propter hoc non ipse tan-
tum, sed omnes ejus filij, omnesque filia, adeoque to-
ta familia & supellex comburebatur. *Jos. 7. v. 21.* Mul-
tò ergo magis suspendij pœna furibus irrogari potest.
Conve-

Convenit 3) Sanctioni Carolinae, non modo ab Imperatore, sed etiam à Principibus aliisque Imperij statibus promulgata, quam acriter defendunt Jcti pariter atque Theologi. Vid. *Carpz, Prax. Crim. P. II. Q. LXXVII, n. 18.* Proinde qui patibula quotidie aspicit, & tamen sponte ruit in in hoc delictum, gnarus, quæ ex tali crimine poena sequatur, sibi impuret damnum, quod suâ culpa postmodum sentit.

QUEST. III.

An poena gladij sit melior poenâ securis?

R. A. Etenim est (1) in se antiquior; a) quia ipse Abrahamus gladio usus erat, quando filium suum immolare volebat, b) Martyres in primitiva Ecclesia post superata alia exquisitissima tormenta gladio trucidabantur. Nota: Dico *in se*, quia ratione hujus vel illius gentis, apud quam gladij poena hodie quoq; in usu est, potuit poena securis poenâ gladij prius obtinuisse. Sic apud Rom. securi per aliquod tempus peracta fuit, ut patet ex *Lucano lib. VIII.* ante f. ibi

Nondum artis erat caput ense rotare.

Ubi loquitur de Pompeji M. decollatione per securim facta; postea vero gladio fiebat, ut constat ex *Histor. Rom.* passim, imprimis vero ex *Spartiano in vita Caracalli c. 4.* & *in vita Getæ c. 6.* ubi refert, Caracallam à gre tulisse, Papiinianum securi non gladio, uti mandaverat, necatum esse. Quod etiam patet ex *Ulpiano in L. aut damnatum §. 1. ff. de poen.* ubi ait: *Si quis damnatus fuerit, ut in eum gladio animadvertatur non securi &c. id fieri debere.* Vid. *Knich. O. P. L. II. P. 1. c. 13. §. 17. Expl. 2. n. 4. p. 709.* Est (2) poena nobilior, & quidem a) ratione instrumenti, quo peragitur, quod est gladius, velut instru-

instrumentum nobilius securi, taurorum & aliarum bestiarum mactationi & dissectioni inserviente. b) ratione *scelus delinquentis, quando in eo executio fit*, namque gladio puniendus sedens vel stans hoc supplicio afficitur; contra securi plectendus pronus in terra bestiarum more jacens punitur.

Est 3) poena, ut uno ictu peragatur, certior; quippe securi rarissimè simplici ictu caput amputatur, ut testantur Annales Anglicanæ in vita Caroli I. crudelissime quinque ictibus jugulati.

Est 4) poena apud Gentes usitator. Equidem funesta securis poena nullibi ita invaluit, ac in Anglia, (quam Dani, adhuc Ethnici, post devastatam Angliam, ut Anglos nobiliores sub freno tenerent, sublatâ gladij poenâ, introduxerunt;) mitior vero gladij poena hinc inde est receptissima.

Ego candidè mentem meam aperiens dico:

mihî neutra placet.

S. D. G.

Jus necis ac vitæ ad Dominum spectare supremum,
Examiniis viduæ nos doceat genitus.

Hic vitæ est mortisque potens, quem regia Ditis,
Atropos & Clotho quem Lachesisque tremit.

Principis ad nutum hæc ducunt sua fila secantque:

Sed nullus vacuæ dat nova pensa colo.

Principibus vitæ est, sed circumscripta, potestas:

Hoc, CRATZENSTEINI, Te pia Musa docet.

Ille tuam Dominus vitamque necemque gubernet:

Pieridum jam Te docta brabea manent.

Dolus. Dn. Autori, ausus ingenuos Inque gratatur

M. ZACHARIAS HOGELIUS,

Fac. Phil. h. t. Dec. SS. Ling. & Histor.

P. P. Presbyter & Gymn. Evang. Director.

Quæ

Que jam, Respondens, Meditamina docta tueris,
Numine propitio, plurima fausta ferant!
Inprimis maneant constantes porro Patroni,
Hactenus, extincto, Qui Tibi, Patre, Patres!

Ita animitus vovet

PRÆSES.

Quisquis ad eximæ virtutis culmina scandit,
Contendens studiis optima quæque sequi,
Is tandem meritos capiet præsignis honores,
Æterno superans nomine vulgus iners.
Kratzensteiniades, patriæ fidissime custos,
Musæ hoc exemplo rite probare volens,
Disseris argue de vitæ jure necisque:
Applaudunt igitur mente manoque boni!

*Petito Nobiliss. Dni Autoris satisfactorius boni omnis
ergo scribebat*

M. Johann Heinrich Tiemeroth / Pastor S. Michael.
Rever. Minist. Assessor, Gymn. Prof. P. L. C.

Certe. cede. cave. cape. contrahe. collige. claude,
Constanter. caute. crebro. cito. cuncta. celer. comis.
Claresces Cathedra; Capimur conamine claro.
Complures capiat, peto, Cratzensteinius Usus!

Hæc pauca

*Nobilissimo atq; doctissimo Domino Autori ac Respondenti
exiguam non exigui favoris æquæ sunt.*

M. G. J. Zennemann / Diac. S. Mich.

Sic, Frater, doctam cathedram conscendere tentas?
Publicitus ponens lemmata docta Sophis.
Perge, ut cepisti, virtutis currere cursum,
Credet, Tui veniet Nominis omnis bonus.

Ita ominando accinit

Christian Heinrich Cratzenstein / J. U. Stud.

Multi multa quidem jactant, doctique videntur,
Sed misere fallunt, quando probanda fides.
Tu loqueris, cuncti ut videant, quæ mente reposita
Te penes in studiis, Fautor Amante, sent.

Laudo

Laudo conatum, pergas modo, digna brabea
Doctrinae & studii Te quoque cetera manent.

*Ita Nobilissimo DN. Krazensteinio de publico
Specimine Academico ex animo gratulatur*

J. C. L.

Nichts kan der Gelehrten Geist / an Verstande besser zieren
Als wenn sie der Wahrheit Grund stets zu ihren Ziele führen.
Wahrheit suchen / Wahrheit finden / ist die allerschönste Lust
Wann man auch / sie zu beweisen / mächtger Sätze ist bewußt.
Denn so wird man nicht allein das Gemüthe besser gründen /
Sondern man wird mehr und mehr längst gesuchte Wahrheit
finden.

Diß Vergnügen hast du nun / Werther Freund / bereits ge-
schmecket
Wann dein Suchen / wann dein Finden / dir noch einen Muth
erwecket /

Daß du mit geübten Sinnen jetzt nach den Catheder gehst
Und nebst deinem Klugen Lehrer männiglich zur Antwort stehst.
Drum ist meines Wunsches Ziel / daß du durch diß Untersan-
gen /

Möchtest längst verdienten Ruhm und erwünschtes Wohl er-
langen.

Mit diesen wenigen wolte seine herrliche Beyfreude dem
Hn. Respondenten als seinem Werthgeschätzten Freunde
zu verstehen geben

C. R. LL. Stud.

Algeat & sudet, metam qui vult studiorum
Opratam tandem tangere; multa ferat.
Respondens facit hoc, fecit, posthac facietque;
Gloria sic magni magna laboris erit.

*Captis Doctiss. Dn. Respondentis congratulaturus amoris
honoris ergo apposuit*

Joh. Matth. Ebenretter, Phil. Stud.



Ji 2149

ULB Halle 3
002 410 087





sb.

Vs 18

VONA







15
15

DISPUTATIO POLITICA
De

JURE VITÆ ET NECIS,

DEO DUCE & AUSPICE DEO,
Quam
RECTORE HUIUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO WILHELMO, S. R. I. COMITE de BOINEBURG,

SACRÆ CÆSARÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO &
CAMERARIO, nec non METROPOLITANARUM ECCLĒ-
SIARUM, MOGUNTINÆ & TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CON-
SILIARIO INTIMO, ac CIVITATIS TERRITORII que
ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE &c.&c.
DOMINO NOSTRO GRATIOSISSIMO,
AMPLISSIMÆ FACULT. PHILOS. INDULTU
IN PERANTIQUA ACAD. HIERAN.

SUB PRÆSIDIO
DOMINI
M. VOLCMARI GVILIELMI Stenger's/

Facult. Philosoph. Affess. Ord. ac Polit. P. P.
PATRONI ac PRÆCEPTORIS atatem Devenerandi,
d. 21. Sept. hor. 9.

In Philosophorum Acroaterio
Eruditorum Disquisitioni Submittere

CHRISTOPH. HEINR. Krahenstein / Erf.
Phil. & S. S. Th. Stud. Autor & R.

Erfordiz, Typis JOH. HEINRICI GROSCHII, Academiæ Typographi.